

Sermo

secundo modo diligendi: quod est ex
tota anima. et sapienter.

Tercium preceptum est. Nemo ut
diei sabbati sanctifices. quod obligat
quo ad opus exterius: ut quiescas ab
operibus peccatorum et intendas ope
ribus virtutum. Unde respondet ter
cio modo diligendi quod est ex tota virtu
te. i. fortiter.

Similiter mandata de diligendo p
rimum complectitur alia septem pre
cepta que erant in secunda tabula.

Quorum primum est honora patrem
et matrem. in quo notatur omnia in
quibus debemus primo subuenire.

Juxta illud Mat. viij. Omnia que
cumque vultis ut faciant vobis homines
et vos facite illis. Per patrem et matrem
intelliguntur omnes illi quibus ho
nozem et beneficium debemus impe
dere. Et ut animemur ad opera mi
sericordie additur duplex promissio
prima. Et primo. iij. Omnia ad omnia
utilis est habens promissionem vite
que nunc est et future.

Sequuntur sex alia. in quibus pro
hibentur transgressiones ad proximum.

In tribus primis prohibetur trans
gressio operis. scilicet. Non occides.

In quo prohibetur homicidium volun
tatis et actus. Non mechaberis. in
quo prohibetur omnis illicitus actus.

Non furtum facies. In quo probi
bentur rapina et omnis iniusta ablatio

rei aliene. siue per usuram. siue per ex
tortionem. siue per fraudem. In his
tribus modis proximus leditur ope
re. scilicet in corpore. in familia. et in
possessionibus.

In quarto prohibe
tur transgressio in ore: quod est. Non

Centesimustercius

falsum testimonium dices. ubi pro
hibetur omne mendacium.

In quinto et sexto. scilicet. Non concu
piscas uxorem proximi tui. Et. Non
concupiscas rem proximi tui. ubi pro
hibetur transgressio in corde quan
tum ad proximitatem: que est concupisce
tia carnalis. et concupiscentia oculorum
et intelligitur de concupiscentia pro
gressiva ad opus: ex qua offenditur
proximus.

Domínica decimanona.

Epistola. Ephe. iij.

Patres. Renouamini
in spiritu mentis vestre. et
inuite nouum hominem
qui secundum deum creatus est in iustici
a et sanctitate veritatis. Propter quod
deponentes mendacium: loquimini
vnusquisque veritatem cum proximo
suo: quoniam sumus inuicem mem
bra. Irascimini et nolite peccare. Sol
non occidat super iracundiam vestram.
Nolite locum dare dyabolo. Qui fu
rabatur: iam non furetur. Magis au
tem laboret operando manibus suis
quod bonum est: ut habeat unde tri
buat necessitatem patienti.

Euangelium Mat. ix.

In illo tempore. Ascen
dens Ihesus in nauiculam
transfretauit. et venit in ci
uitatem suam. Et ecce offerebant
ei paralyticum in lecto iacentem.